



DISPVTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
De
I V R E
APOSTILLAE
SEV
POSTSCRIPTI,

1702, 33 $\frac{6}{19}$

Quam
ANNVENTE DEO TER OPT. MAX.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,

REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PROVIN-
CIARVM BRANDENB. HEREDE, & reliqua,

IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA

PRAESIDE

DN. IO. SAMVELE STRYKIO, D.

Prof. Publ. & Facult. Iurid. h. t. Decano,

Patrono suo ac Promotore summopere obseruando,

PRO LICENTIA

Summos in vtroque Iure Honores legitime
consequendi,

Ad d. Maji MDCCII. Horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAIORI

Placido Eruditorum examini submittit

IO. DANIEL HAAKIVS, Nordl. Sueuus.

10
4

Hala, Typis CHRISTOPHORI ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

Disputatio Iuridica Inauguralis
 de
APOSTOLICAE
POSTSCRIPTAE
DI. FRIDERICO WIL-
HELMO
 REGNI BORVSSIC. ELECTORATVS ET PROVINCIAE
 CLARVM BRANDEB. HERED. & RECTORIS
 IN AUSTRIACAE ACADEMIAE FRIDERICIANAE
 PRÆSID. **D. NO. SAMUELIS STRYKIO. D.**
 Prof. Publ. & Facult. Iurid. p. c. Decano
 Patrono suo ac Promotore honorifice obsecrans
PRO LICENTIA
 Summos in negotiis honores legimus
 conquirendi
 Maji MDCCCL. Hinc ante et posterius
 IN AUSTRIACAE ACADEMIAE
 PRAESID. **IO. DANIEL HAAKIVS, Nordlingens**
 Typis Carolopolit. Andreae Zellneri, Acad. Typ.



S. ROM. IMP. LIBERÆ REIPUBLICÆ
NORDLINGENSIS
PATRIBVS
CONSCRIPTIS

VIRIS
MAGNIFICIS, PRÆSTRENTISSIS, AM-
PLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS, PRV-
DENTISSIMIS,

DOMINIS AC MÆCENATIBVS MEIS
omni observantia submissè colendis,

VITAM ET FELICITATEM!

Non pietas solum, PATRES CON-
SCRIPTI, verum etiam gratitudo
iubet, vt splendidissimo Nomini
Vestro *Exercitationem meam Inauguralem* con-
secrem. Si enim Patriæ omnia nostra, quin-
imo

imo nos ipsos, debemus; si, qui nobis pro-
fuerunt, officia nostra requirere possunt, ne-
mo certe potiori, quam Vos, iure præ-
sentes studiorum meorum fructus sibi
vindicabit. Apud Vos enim natus educa-
tusque sum; Vestra liberalitate factum est,
vt in diuersis Germaniæ Academiis a Vo-
bis hæctenus enutritus studia mea ad hanc
metam prouexerim. Accipite igitur pagel-
las hæc, beneficiorum a Vobis in me col-
latorum quasi publicos quosdam præcones,
gratique animi mei testes. Deus Vos fer-
vet, **INSIGNIA PATRIÆ LVMINA & CO-
LVMINA** curisque ac consiliis Vestris porro
faueat, vt ingentibus in Rempubicam me-
ritis noui subinde cumuli, Vestræ autem in
me beneuolentiæ constantia perpetuasq;
accedant. Dab. Hala Magdeb. Mense Maio
1702.

N. N. M. M. & P. P. A. A. V. V.

Civis & cliens devotissimus
IO. DANIEL HAAKIVS.



T. N. T.

CAPVT I.
DE APOSTILLA SEV POST-
SCRIPTO IN GENERE.



Cui officium circa interpretationem legum potissimum versari, notius est, quam vt in praesenti prolixiori probatione indigeat. Verum non ad solas leges restringendum illud est, cum & interpretatio scripturae, non tantum publica, sed etiam privata, veluti contractuum, testamentorum &c. a ICtis facienda sit, ceu & in iudiciis hac de re quamplurimam controuersia agitari solent. Neque hoc ipsum alicui dubium videri debet, ideo quod secundum commune prouerbum, quilibet verborum suorum optimus sit interpres & ideo potius ab iis, a quibus aliquid scriptum est, interpretatio fieri debeat; nam facile cuius constat, quamplurimas illius regulae exceptiones esse. Sane si inter duos controuersia sit, nemo libenter alteri solitarii dabit explicationem; nec minimum subest periculum, alterum pro suo tantum commodo in praerudicium alterius verba sua explicaturum. Multum ergo hic relictum est interpretationi ICtorum; Quorum conferti potest integer tractatus Manticae de Tacitis & ambig. conuent.

Officium IC-
ti circa inter-
pretationem
scripturae.

A Vti

CAP. I. DE APOSTILLA

Et additio-
nes scripturae
adiectas seu
Apostillas.

Vri autem circa ipsam scripturam res clara est, ita etiam
tum vel maxime idem dicendum, si vel in margine vel in
contextu ipso aliquid scripturae adiectum, vel post finitum
totum negotium quidpiam subiectum, quae additiones, ge-
nerali nomine vocari solent *Apostilla*. Multae enim hic oc-
currunt controuersia, quam fidem habeant, & quid circa
illas iuris sit. Idvero est quod praesenti dissertatione expli-
care apud animum meum ob euidentem materiae huius
in praxi vtilitatem constitui.

Vnde dica-
tur Apostilla.

§. II. Quod si vero natium vocis sensum desideres,
recurrendum ad originem. Vbi tamen obseruandum, A-
postillam non descendere a graeco verbo *ἀποστέλλω* mitto,
ab hoc enim descendunt Apostoli, quibus in iure denota-
tur scriptura a iudice concepta, in testimonium interposi-
tae Appellationis, qua appellans ad iudicem superiorem
mittitur. Confer. hic Excell. Dn. D. Donaueri Consiliarii
de Rep. Nordl. optime merentis, Patroni mei debita cum
obseruantia colendi, *Disput. de Literis Dimissoriis Part. Prior.*
Thes. A. & S. Quamquam Carol du Fresne in Glossario suo
T. 1. p. 263. ex Matth. Paris. *p. 488.* locum alleget, vbi litterae
Dimissoriae non Apostoli sed Apostilli vocantur. Apostilla
ergo ex latina lingua descendit, & eosdem natales habet
cum Postilla, quo verbo vulgo explicationes Evangelio-
rum & epistolarum dominicalium per totum anni cursum
insigniri solent. Quia enim verba textus praemittuntur &
post illa explicatio subiungitur, inde nomen *Postilla* vide-
tur descendisse. Huic voci literam *A* forte distinctionis
causa addiderunt & ita scripturam post contractum perfe-
ctum adiectam denotare voluerunt. Ut adeo cum *Post-*
scripto latius quodammodo accepto apprime conueniat.

Variae vocis
significatio-
nes,

§. III. Verum non omittendum est apud Doctores
dupli-

SEV POSTSCRIPTO IN GENERE.

3

duplicem huius vocis significationem occurrere, quippe quod alii, præcipue Ioseph Mascardus *de Probation. Vol. 1. Concl. 117*, Prosp. Farinac. *Prax. Criminal. Part. VI. Quest. 153. n. 2*. Itemque Ioseph de Sesse *Decis. 140. n. 9*. per Apostillam omne illud quod in quocunque loco scripturæ adicitur, alii eorumque non pauci e. g. Iacob. Bornitius in *Tract. de Instrumentis seu Documentis Literariis Part. 2. Lib. 2. Cap. 29*. Scripturam tantum Marginalem, alii denique scripturam in Fine completi iam Instrumenti subiectam intelligant.

§. IV. Nos ergo in hac dissertatione de Apostillis earumque iuribus ingenere agemus, ita vt nobis Apostilla sit illa scriptura, quæ vel in margine, vel in corpore, vel in fine instrumenti, adiecta reperitur. Dum vero Postscriptum cum Apostilla conuenire diximus, illud in generali sensu accipimus, pro omni eo quod post instrumentum perfectum vbiunque scriptum est.

§. V. Equidem in iure nostro non reperitur, quantum inuestigare licuit, vox Apostilla, vt adeo Doctores potius eandem inuenisse censendi sint. Sed occurrunt tamen alia nomina, quibus eadem res in legibus exprimitur, quæ hic adduxisse à scopo nostro alienum non erit. Inter illa vero præcipue referri meretur *Opistographum*, siue scriptura auersa charta scripta. Cujus mentio fit in *l. 4. ff. de bonor. possess. sec. tab.* vbi hæc verba Ulpianus habet: *Et si in opistographo quis testatus sit, hinc peti potest bonorum possessio.* Vnde Plinius *lib. 3. Ep. 5.* de auunculo suo scribens, *Commentarios*, inquit, *CLX. mihi reliquit opistographos quidem, & minusisime scriptos.* Et Theodorus Hermopolites, citatus a Dion. Gothofredo in *Comment. ad dict. L. 4. lit. d.* *ἀποστίλλω* appellat apocham scriptam a tergo Chirographi, Conf. Iacob. Cuiacius *lib. 8. Observation. 6. 15. in f.*

Quo sensu in hac Dissertatione capitur.

Quædam Vox Apostilla non reperitur in iure.

Affine est Opistographum.

A 2

vbi

ybi nomen opistographi satis clarum obscurari Grammaticorum interpretationibus dicit. Interim tamen non omnino conueniunt Doctores quid sit opistographum, dum aliqui abrafam chartam interpretantur, forte quod post abrafas literas, vltimo hæc fuerit scriptura chartæ imposta. Accursius *ad d. l. 4.* tabulam ligneam esse credidit, in qua nomina debitorum scripta essent. Sed qua ratione hæc interpretatio defendi possit, non video. Alciatus *lib. dispunct. 2. r. vlt.* chartas tumultuarie scriptas esse putat. Verum pariter sine fundamento. Reiectis proinde hisce opinionibus Guido Pancirolus *in Thesauro Variar. Lect. n. l. 2. cap. 108.* rectius ita rem explicat: *Solebant veteres ampla pagina que perpetuum habebant ductum scribere, vt hodie in badinis chartis instrumenta conscribuntur, & instar spiræ conuoluebantur, vnde & volumina dicta sunt a voluendo, quod & Pierius recitat. Et hæc sine dubio ab vno latere tantum scribebantur, nisi quis deficiente charta etiam a tergo scripsisset, quod raro eueniebat.* Non itaque per Opistographum aliud intelligi potest, quam quod in tergo chartæ scriptum, quamuis non sit necessum, vt ad eum modum fiat, quo factum est olim, quorsum respexit Pancirolus. Duobus rem declarabo exemplis, quorum primum peritum est a praxi quorundam iudiciorum, ybi in tergo supplicacionum iudex decretum scribere solet, quod est opistographum. Alterum desumptum est ex materia de cambiis, ybi constat, interdum litteras cambii tertio cedi solere, ipsiq; committi, vt is pecuniam debitam exigat, qua commissio fit in tergo & quasi in dorso cambii, vnde etiam hoc vocatur indossiren/ & si hoc sæpius fiat, atque personæ aliquoties mutentur, *wenn die indossamenten vielsältig multipliciret und fortgeschrieben werden/vocari consuevit giriren.* Vid. Illust. Dn. Stryk, *tract. de Caut. Contr. Sect. 3. cap. 5.*

Exempla Opistographi secundum praxin hodiernam.

-O de omnia
Opistographi

SEV POSTSCRIPTO IN GENERE.

3. cap. 5. §. 23. Hoc itaque nihil aliud est, quam Opistographum. Quibus ita pro natura Opistographi expositis, facile constat non multum inter hoc & Apostillam, quatenus hæc pro scriptura finito demum negotio subiecta capitur, interesse, nisi quod forte opistographum ultima pagina scriptum esse debeat, in Apostilla autem sufficiat, si immediate post contractum perfectum, etiamsi eadem pagina scribatur. Ut ita non omnis Apostilla sit Opistographum, bene tamen omne opistographum Apostilla dici possit.

§. VI. Cum autem Apostilla non tantum scripturam in fine positam, sed etiam illam, quæ in margine adiecta, denoter; huc quoque referri possunt, quæ in iure de iis, quæ in testamento inscripta, traduntur *in tit. Digest. de his que in testam. delentur, inducuntur, vel inscribuntur*. Neque enim dubium mihi est, etiam illa, quæ in margine scripta, inscripta dici, maxime si in generali significatione vocem sumas, nam & ea inscribuntur testamento. Cui non obstat, quod Dion. Gothofr. *in notis ad illam Rubric. lit. f.* inscriptum hic pro superscripto accipi asserat, adducens locum Suetonii *in vita Neronis*, ubi hæc verba habentur: *Ita multa & deleta, & inducta, & superscripta inerat*: nam & ea ad Apostillas referenda, quæ post conditum testamentum superscripta erant, si quidem locus per se non facit apostillam, an quid in margine an inter lineas scriptum sit. Liceret etiam hic euagari & inquirere quid per inductionem *in d. l.* intelligatur; videntur enim autores delere & inducere pro synonymis habere, quæ tamen in hoc titulo expresse distinguuntur. Verum cum hoc ad scopum nostrum non pertineat, hæc sicco pede transimus, conferri interim meretur Illust. Dn. Stryk. *Diff. de Rasura cap. 1. num. 6.* quæ reperitur *in Vol. I. Dissert.* qui ita rem explicat: *Inducere significat cum calamus per medias ducitur litteras, vel*

Conuenientia Opistographi cum Apostilla.

De his, quæ in testamento inscribuntur.

Quid sit inductione.

in na-

in nativa & genuina si consideretur significatione, est inducere, ducto, per ceras, in quibus olim scribebatur stylo. Vbi & in antecedentibus quid sit circumducere explicat.

Quid interlineatio,

§. VII. Conuenit vero cum iis quæ inscripta, siue secundum alios superscripta, §. præced. dicebantur, interlineatio, vel vt alii malunt, superlinearis scriptura. Quæ nomina a Doctoribus frequenter adhiberi solent. Quibus indignant illam scripturam, qua nihil in textu delerur, sed aliquid inter vnã & alteram lineam inseritur Dn. Stryka d. loc. num. 7. Id quod interlineaturam vocat Mascardus de Probat. Conclus. 126. n. 8. In Legibus autem interlineationis vel interlineaturæ mentio non fit, quin potius ibi interlinere nihil aliud est quam inducere L. 27. §. ult. & l. 31. ff. de furt. l. 42. ff. ad L. Aquil. l. 18. ff. sam. heretic. l. 67. ff. de Leg. 1. l. 11. §. 1. ff. de Seruo corrupt. L. 2. ff. ad L. Corn. de falsis. Ita ergo interlineatio, seu superlinearis scriptura, in eo sensu, quo a Doctoribus accipitur, conuenit cum Apostilla, cum & utrobique idem ni fallor iuris sit. Hinc vti Doctores communiter asserunt, Apostillam inducere præsumptionem falsitatis contra scripturam, de quo Cap. seq. plenius agetur; ita & interlineaturam vitare instrumentum, communiter tradunt, Mascardus d. Conclusion. 1261. num. 8. & ibi citati.

Additiones.

§. IIX. Neque hic prætereundum est quod multa a Doctoribus tractari soleant de Additionibus & Additamentis scripturæ, quorsum conferri potest Dauid. Döringii Bibliotheca Ictorum voce: Additiones. Cardin. Tusch. Pract. Conclus. T. 1. Concl. 182. aliique. Sed & hæc nomina cum Apostillis conuenire satis ex præcedentibus patet. Per Apostillas enim aliquid vel in margine, vel in corpore, vel in fine scripturæ additur.

Varia scripturæ genera

§. IX. Quod ad scripturam ipsam adinet cuius species

SEV POSTSCRIPTO IN GENERE.

7

cies est Apostilla, constat non omni tempore eandem scribendi rationem fuisse: Antiquissimus haud dubie modus fuit lapidibus, item tabulis æneis & eboreis, vid. *L. 2. §. 4. ff. de O. I.* item orichalco, vid. *1. Maccab. IIX, 22.* litteras incidere. Add. Henric. Salmuth *ad Guid. Pancirol. Res deperditæ ad tit. de Character. liter.* Cuius adhucdum varia extant antiquitatis monumenta, in Italia maxime conspicua. Successit deinde modus scribendi in cereis tabulis, Zepperus *tr. de Codicill. c. 1. n. 1. seqq.* vnde & in Iure nostro tabularum testamenti mentio fit, *tit. Digest. Si tabula testam. non exstiterint. It. de honor. possessione contra vel secundum tabul.* Olim enim in eiusmodi tabulis scribebantur testamenta. Quod nomen hodie remansit, etiamsi illo scriptura genere amplius non utamur. Deinde scribi coepit in foliis Palmarum. *Plin. l. 13. c. 11.* & Corticibus arborum. *Polidor. Vergil. Tr. de rer. invent. l. 2. c. 8.* Usque dum tandem atramento scribendi artificium fuerit excogitatum, ubi tamen notabile est Imperatores olim Rescripta sua, purpureo colore subscribere solitos fuisse *L. 6. C. de divers. Rescript. Pancirol. in reb. memorab. deperd. Tit. 2. de Encausto,* vocabaturque Encaustum. Qui color quomodo ex Murice & Conchylio fuerit confectus, prolixè describit ill. Dn. Stryk. *in Dissert. de Cera Rubra & Sarcro Encausto. Cap. VI. n. 4. seqq.* quæ Diss. reperitur in *Volum. Novo Diss. V.* Postea vero & ipsi Imp. & Principes atramento subscribere incipiebant, uti adhuc hodie moris est. Vbi tamen observandum, non statim, inuento atramento, quod iam tempore Iustiniani in usu fuit *Novell. 73. in prefat.* etiam in charta scriptum fuisse; ut plurimum enim in membranis scribebant, in formæ *Pactens* / ut loquimur; quemadmodum adhuc hodie interdum quadam instrumenta publica scribi solent.

§. X.

Olim ratios
erant A-
postilla.

§. X. Hæc vero non tantum curiositatis, vt vulgo dicitur, causa adduximus, sed vt inde constet, quare in iure nostro tam pauca reperiuntur, quæ in specie ad Apostillas pertinent; scilicet non poterant olim multi casus occurrere, cum ratio pristina scribendi, vel in lapidibus vel in cereis tabulis, non permisit vt in margine quid adderetur; imo & formæ in membranis scribendi, quia nullum spatium vacuum relinquitur, hoc repugnat. Hinc tantum Opistographi, de quo supra dictum, mentio fit in legibus. Hodie autem cum vt plurimum in margine Spatium in quavis pagina relinquatur, frequentius istius modi casus contingere possunt.

Ex quo iure
diuicanda
sunt quæstio-
nes circa A-
postillas.

§. XI. Sed, dixeris, si in iure de Apostillis non expresso agitur, vnde peti debent fundamenta decisionis controuersiarum circa Apostillas? Respondeo: petendæ erunt si non ex ipsis verbis legum, tamen ex rationibus earum & principiis generalibus iuris Ciuilis. Hæc enim principia generalia sunt, & sic ad casus etiam non expresse decisos in legibus, facillimo negotio applicari possunt.

CAPUT II.

DE VITIIS ET VIRTUTIBVS APOSTILLÆ SEV POSTSCRIPTI.

§. I.

Ex Apostilla
sepe falsitas
præsumitur.

Postquam ergo precedenti capite nonnulla generatim de Apostilla seu additione scripturæ proposuimus; nunc ad specialiora quadam progrediamur. Equidem id hæud raro contingit, vt sicubi forte in margine, aut in Corpore scripturæ ipso, aut in fine adhuc additum quid fuerit, aliqua exinde falsitas oriatur. Hoc autem

APOSTILLÆ SEV POSTSCRIPTI. 9

autem quando & quibusnam in casibus locum inuenire possit, distinctius paulo nobis erit considerandum.

§. II. Verum hic ante omnia ipsum Falsi Crimen a suspitione Falsitatis accurate distingui oportet. Varias enim variorum hac de re opinioniones obseruare licet. Nonnulli suspicionem falsitatis ab ipsa Falsitate non differre existimant, partim quod hoc in delicto id speciale sit, partim quod suspicio Falsi onus probandi veritatem in producentem transferat *p. l. f. c. ad L. Cornel. de Falsi.* Alii contra in Crimine Falsi suspicionem non haberi pro Falso nec ex Præsumptionibus Falsi Probationem oriri contendunt, propterea quod in tali Crimine Probationes necessariae, clariores magisque concludentes, quam in aliis Criminibus esse debeant. Nos mediam cum Prosp. Farinac. *Prax. Criminal. Part. VI. Quæst. 152.* amplectimur sententiam, ita vt neque Falsi suspicionem simpliciter cum Falsitate plena confundamus, neque nullam omnino Falsitatem ex Præsumptionibus coniecturisque desumamus. Scilicet suspiciones Falsi id operantur vt ad minimum Instrumento Fides adimatur, non autem vt Criminalis aut ordinaria, sed Ciuilis tantum aut extraordinaria pœna obtineat. Hinc ad verum Falsi Crimen constituendum præter dolum, mutationem, damnumque datum maxime euidentia prorsus ac sole meridiano clariora indicia requiruntur. *per l. f. c. de Probat. Conf. Ill. Dn. Stryk. disp. de Rasura. Cap. 2. §. 7. Alex. Consil. 72. n. 83. Francif. Nig. Cyriac. Lib. 4. Controu. Forens. 637. n. 6. §. 22.*

§. III. Iam singulas illas ordine inspiciamus Falsitatis suspiciones, quæ circa Apostillas s. Additiones scripturæ occurrere possunt. Primo itaque videamus, quale Falsitatis argumentum ex ipsa Manu deduci queat & quidem tali quæ ab ipso Instrumento non differre videtur. Non nulli

obstat
An Differat
suspicio fal
sitatis a cri
mine falsi?
Sententiæ
doctorum.

Sententiæ
nostra.

An Apostilla
suspecta red
datur pro
pter simili
tudinem ma
nus?

B

Varie do-
ctorum sen-
tentie.

Ad
- in obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Nostra sen-
tentia,

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

Ad
- ab obsequi
- no a etiam
fide enim
- abentem
- amro. Rob

nulli enim exinde quoque suspicionem Falsi colligunt, quando eodem Apostilla caractere, quo reliqua scriptura, confecta fuisse apparet, nisi per Testes aut aliunde rei veritas demonstratur. Ex sola quippe manus similitudine non adeo firmiter concludi posse existimant, Apostillam eadem etiam qua ipsum Instrumentum, manu confectam fuisse, tum quod maxima in manuum imitatione saepe committatur fraus, tum quod in Publ. Instrumentorum confectioe corrumpi forte Notarius potuerit, ut quod id condebat, tempore neutiquam consensus est prout susius hoc Carol. Ruinus *Vol. 4. Conf. 68. n. 4. & Joseph Mascard. de Probat. Vol. 1. Concl. 113. n. 13. & 14. explicant.* Alii tamen eo casu, quo Additio eadem manu facta esse videtur, nullam omnino falsitatis admittunt suspicionem, cum in id vnice tantum inquiratur, vtrum de illius voluntate accesserit, a quo principalis scriptura profecta est, id quod ex similitudine manus haud obscure colligi posse autumant, quorsum ea collineant, quæ tradunt Farinac. *Prax. Crim. Part. VI. Quest. 153. n. 10.* Rutgers. *Rulant de Commissar. Part. 2. lib. 5. Cap. 29. n. 23 & 24.* Coel. Bichius *Decis. 220 n. 16.* Joseph de Sesse *Decis. 140.* Quamuis autem negari non debeat, quod quamfacillime fraus & astutia in manuum imitatione committi aut ab alio addi quicquam possit, de quo is, ad quem principalis spectat scriptura, nunquam forte cogitauerat; ea tamen non hoc solo statim praesumuntur ex indicio, nisi alia quoque falsitatis suspensiones concurrant. Hinc pro valida omnino huius generis Additio reputatur, quando litterarum Comparatio circa eandem instituta est. Sed vt caute ac non nisi deficientibus aliis probationibus, tanquam remedium aliquod extraordinarium, adhibeatur inter alios suadet.

Ill. Du.

APOSTILLÆ SEV POSTSCRIPTY

III. Dn. Stryk. *Disp. de Rasura Cap. 2. §. 18.* De Publicis ve-
ro Instrumentis speciatim id notandum, quod frustra hic
de invaliditate additæ eadem manu scripturæ disputetur, nisi
decisum quoque sit, an aliqua hic subsistat Apostilla, cu-
ius expressa in subscriptione mentio a Notario iniecta non
est, qua de re in sequenti Capite pluribus agendi dabitur
ocasio.

§. IV. Atque isthac, si Apostilla eandem indicet ma-
num, obtrinent. Ad diversitatem autem Manus quod at-
tinet, quamplurimi aliquam exinde falsitatis Præsum-
ptionem oriri contendunt. Equidem hoc aliqui simpli-
citer ideo affirmant, quod ubique aliena accessit ma-
nus, ubi tertii cuiusdam dolus aut machinatio longe abesse
non possit, prout videre est ap. cit. Mascard. *de Probat.*
Conclus. 741. n. 11. vbi Iason. Abbât. Crauett. Ruinum alios-
que pro se allegat, quibus adde Christ. Crul. *de Indiciis*
Delictor. Part. 2. Cap. 36. n. 71. Contra alii tunc demum
falsitatis admittunt suspicionem, vbi ad diuersitatem Ma-
nus vnicum saltem adhuc indicium accedit. Atque huc
fere tendunt quæ collegere Farinac. *L. 2. Decis. Criminal.*
324. n. 4. Lib. 1. Cons. 32. Ioh. Petr. Actolinus *Resolut. Forens. 67. n.*
10. n. 12. Sebast. Gvazzin *Op. Criminal. T. 1. p. 218. n. 9.* Denique
Vulpellæ, *Consil. 129. n. 17.* Apostilla diuersa exarata manu
minus suspecta esse videtur, quam quæ eadem manu scri-
pta est, nisi ad imitationem existentis in corpore scriptu-
ræ factam fuisse constet. Id quod Farinac. cit. *Quæst. 153.*
n. 114. seqq. eo restringit, vbi manus diversitas vel ex muta-
tione calami vel atramenti vel ex mutatione status ipsius
personæ scribentis, orta est, quippe quod non ita scribat
senex sicut iuuenis, nec ita lanquens & tremens sicut sanus
& fortis.

An Apostilla
suspecta red-
datur pro-
pter diuersi-
tatem Ma-
nus?
Varie DD.
sententia

siq. h. hinc
-nsq. alit
-igam ni ex
-utiq. et

Nostra sen-
tentia

§. V. Ut ergo inter has diversas Doctorum sententias
quid

CAP. II DE VITIIS ET VIRTUTIBVS

quid statuendum certo sit, subiiciamus; ad ipsa instrumenta respiciendum est, annon diuersitas manus eorum in doli plane refragetur. Ita falsi suspicio haud dubie aderit, quando antiquo forte Documento Apostilla quaedam recentiori plane caractere inserta est. *vid. Cap. 6. X. de Fide Inst. Genzaleg. Tellez ad. b. t. n. 31.* Deinde respiciendum eo, annon per Apostillam diuersa manu scriptam in igne prauidicium tertio creatum fuerit, vbi itidem aliqua oritur suspicio. Quorsum pertinet exemplum quod Farinac. *Le. Decif. Crim. 28. n. 2.* affert, de Libro Párochi, in quo nomina mortuorum descripta fuerant. Cum enim addita ibidem obseruaretur scriptura, qua mortuus aliquis esse d. 26. Mart. 1591. asseritur tamen si Filia ipsi d. 25. Novemb. 1592. nata sit, quam eiusdem Mater necessario viginti menses in utero gestare debuisset, exinde concludebatur, notam isthanc ex proposito fuisse additam, quia non in Firme solum paginae adiecta, verum diuersa quoque manu & atramento conscripta deprehendebatur. Ex eadem etiam causa Instrumentum Transactionis super adeunda quadam Hereditate confectum, in suspicionem falsitatis incidit de quo *vid. Menoch. Consil. 1004. n. 22.* Tandem vero obseruandum est, non quidem ab omni suspicione liberam esse Apostillam diuersa manu scriptam, sed tamen hanc solam coniecturam esse leuissimam, & sic si aliae non concurrant, vt omnino pro vitiosa habeatur Apostilla, non sufficere.

Quid si puerilis scriptura in margine reperiatur

S. VI. Ecquid vero statuendum videtur, si eiusmodi Apostilla nil nisi scriptiones pueriles comprehendat? Hanc pro inutiles potius aut superflua existimamus habendam esse, quam vt aliqua exinde falsitas colligatur. Vitale enim per inutile vitari non debet. *C. 36. de Reg. Iur. in Vlti.* Quapropter etiam contraria nobis haud arridet opinio quam

quam quidem Cruf. de Indiciis Delictor. *Part. 2. Cap. 36. n. 54.* defendere & ex Farinacio corroborare conatur, tum quod in dubio benigniorem semper in partem proque actus validitate præsumendum sit, tum quod si addita diuersa incognitare manu scriptura, deficientibus aliis indiciis nullam ipsimet instrumento procreat falsitatem, multo magis idem in præsentem casu obtineat. Hinc ex Puerili scriptura is quidem resultare potest Effectus, vt pro inutili nulliusque momenti reputetur, non autem, vt ipsum quoque instrumentum ideo suspectum reddatur.

§ VII. Alterum falsitatis indicium ratione Atramenti exoritur Quemadmodum autem nullam exinde Falsi coniecturam deduci posse quidam existimant si eodem, quo ipsum instrumentum, Atramento Apostilla quoque conscripta sit, de quibus vid. Farinac. *cit. Quest. 153. n. 17.* ita Vulpella *cit. Consil. 129. n. 17.* contrarium plane tuetur, utpote quod magis ipsi eodem quam diuerso scripta Atramento Apostilla suspecta esse videatur. Quod si vero quadam Atramenti diuersitas appareat, tunc leuem admodum ex hac sola falsitatis suspitionem deriuari posse arbitrantur Socinus senior *L. 1. Conf. 94. n. 8. Mascard. de Probat. Vol. Concl. 113. n. 21.* Nonnulli multum hic iudicis arbitrio relinquunt, quos inter est Menoch, *de Arbit. Iud. Quest. Lib. 2. Cas. 187. n. 34.* Ill. Dn Stryk *de Cautel. Contract. Sect. 1. cap. 6. n. 9.* Proinde non aliter instrumentum hæc ex causa suspectum faciunt, nisi plures insuper falsitatis coniecturæ afferantur. vid. Johan. Petr. Actolinus *cit. Resolut. Forens. 67. n. 10.* Francif. Marcus. *Part. 1. Quest. 151. n. 2.* Menoch *Lib. 5. Præf. 20. n. 889.* Alii tunc demum ex sola Atramenti diuersitate aliquam deducunt falsitatem cum antiquo forte instrumento Additio quadam diuerso prorsus

An diuersitas atramenti falsitatis suspitionem inducat. Doctorum sententiæ

fus ac recenti Atramento consignata accessit, quale refert exemplum Menoch. *Conf.* 708. n. 17.

Sententia
nostra.

§. VIII. Nos breuiter ita rem decidimus, vt si eodem Apostilla quo ipsum scripturæ corpus Atramento conscripta sit, vix aliquem concipi posse dicamus casum, quo falli quædam suspicio sola isthac ex causa locum inuenire possit. Et licet vel maxime Vulpellæ concedamus, etiam falsarium potuisse eodem instrumento vti; interim tamen non statim exinde falsum potest præsumi, quia potuit falsum esse commissum: a posse ad esse non valet argumentum. Imo si diuersum quidem in Apostilla Atramentum, nullum tamen præterea falsitatis indicium demonstretur, isthanc propterea suspectam fieri posse neutiquam arbitramur. Non enim semper eodem atramento utimur. Quod si ergo quis illo destituatur, & tamen Apostillam aducere v. g. testamento velit, non video quare ex hoc capite diuersi atramenti pro falsa reputanda. Aliter pronuncian- dum foret, si complura insuper iuxta cum diuersitate Atramenti falsitatis indicia ostendere liceret. Tum enim valet regula: Quæ non possunt singula, iuncta iuuant. Merito tamen vnicum illum excipimus casum, vbi in antiquo valde Instrumento Apostilla quædam recenti prorsus Atramento conscripta est. Hic enim sola Atramenti diuersitas ad euincendam falsitatis suspicionem sufficere videtur, prout notatu dignum illud esse potest exemplum quod ex Menochio modo allegauimus, vbi Antiquus Rationum Liber ex quo Fratres Ordinis Cartusien- sis contra Oppidum S. Columbani in Ducatu Mediolanensi situm probare voluerunt, prædia quædam rustica ipsis in perpetuum locata, esse Emphyteutica, ob factam in eodem diuerso ac recentiori Atramento Pensionis annuæ annotationem, tanquam suspectus merito reiectus fuit.

§. IX.

§. IX. Præcipuum autem falsitatis argumentum, quod tertio annotamus loco, in eo consistit, si Apostilla in loco Instrumenti vel scripturæ substantiali posita est. Atque in eo quidem DD. Iurisque Interpretes omnes plane consentiunt, ita ut nil præterea hic disquirendum super esse videatur. Sed videamus quidnam per locum instrumenti substantialem intelligant. Equidem hac de re varias variorum explicationes Farinac. cit. *Quæst. 153. n. 6. 35. 71. & 80.* prolixè congescit. In eo tamen conveniunt potiores; Locum Instrumenti substantialem illum esse, quando Additio aliqua circa ea contingit, de quibus quaeritur; & in eo loco, in quo magna rei vis, aut negotii pondus consistit; aut qui solennitates Instrumenti respicit, aut magnum aliquod in se præiudicium continet. Consi- Menoch. *Arb. Ind. Quæst. Li. 2. Cas. 187. n. 34.* Io. Surd. *Conf. 173. n. 13.* Fr. Nig. *Cyriac. Lib. 3. Controv. Forens. 406. num. 2.* Joseph de Sesse *Decis. 140.* Christoph. Crus. *de Indic. Delictor. Part. 2. Cap. 36. n. 54.* Seraph. Olivar. *Razzal. Part. 1. Decis. 917. n. 2.* Fabi. Capyc. *Galeot. Respons. Fiscal. 15. n. 6. & 7. itemque n. 17. & 18.* Althusius *Dicaol. g. Lib. 3. Cap. 42. num. 33.* Arismin. *Tepat. Compend. Decis. & Sentent. Iur. Tit. 217. Cap. 15.*

An si Apostilla in loco substantiali posita, oriatur falsi suspicio.

Quis sit locus substantialis. DD. opiniones

de materia

Nostri sententia

§. X. Vt autem quæ nobis residueat circa hanc falsi suspicionem sententia, exponamus; Id quidem largimur, interdum, si in loco substantiali reperiatür Apostilla, aliquam inde suspicionem oriri; sed generalis ex eo regula formari non potest, cum sæpe Leges illam Apostillam rolerent. Ita v. g. institutio hæredis in testamento haud dubie est substantialis pars, cum basis & fundamentum eius dici solet: Ast valere eo loco Apostillam manifesto docet. *L. 2. ff. de His que in testam del.* Vt adeo constet ex hoc solo, quod Apostilla in loco substantiali posita, ite-

rum

rum non posse veram falsi suspicionem, saltem non in genere induci.

§. XI. Quid ergo nunc dicendum? nam nullam suspicionis notam sufficere diximus, & tamen nullam quæ absolute reiecitur. Scilicet distinguendum est, an illud negotium omnem Apostillam respuat, an vero admittat. Priori casu etiam si hæ notæ non reperiantur, invalida & vitiosa erit Apostilla. Sed posteriori casu demum locus est coniecturis, an Apostilla ab iis adiecta quibus hoc licebat, an vero a tertio præter voluntatem contrahentium. Et tum ex notis illis aliqua poterit nasci præsumtio si non vna tantum adsit sed plures coniectura, quibus licet adhuc dum falsum non plene probari posse existimemus, id tamen efficitur, vt iuramento purgationis locus sit. De Casibus specialibus ageretur in sequ. Cap.

An Instrumentum ob falsam Apostillam in totum vitietur vel ex parte tantum? DD. opiniones.

§. XII. Neque vero illa hic prætereunda Quæstio: vtrum Apostilla seu Additio scripturae, si falsa esse iudicetur, Instrumentum aut scripturam vel in totum vel ex parte tantum, vitiet. Qui priorem fovent sententiam, præsumunt causam suam in l. 12. C. de suscept. Præpos. & Arcar. collocant, in qua dicitur, quod Tabularius semel de interuersione conuictus hoc deinceps officium gerere amplius nequeat. Alii contra posteriorem defendentes. l. 5. ff. ad l. Falcid. pro se allegant. Quanquam non ita absolute sed cum restrictione quadam, mentem suam velint intelligi. Quamobrem Anton Faber ad Tit. C. de Fide Instrum. def. 29. distinguit inter falsitatem quæ circa substantiam actus contingit, vbi totum vitari putat instrumentum, & inter eam, quæ ad accessoria tantum, quantumuis æque Principalia, pertinet, cum totius instrumenti vna & indivisa sit fides, in quo vitale per in vitale non vitietur. Conf. Surdus. Const. 173. n. 79. Farinac. cit. Quæst. 153. n. 146. 228.

Menoch

Menoch *Lib. 5. Præf. 20. & 21.* Francif. Nig. Cyriac *Lib. 3. Con-
trov. Forenf. 408. n. 18.* Ill. Dn. Stryk *Disp. de Rafura. c. 2. §. 13.*

§. XIII. Enim vero uti certum id quidem videtur, quod si quæ circa locum instrumenti substantialem contingit Additio debitisque caret solennitatibus, suspicionem falsi procreet; ita tum demum tota reiicitur scriptura, si circa illam instrumenti partem falsitas appareat, quæ vel ad substantiam actus solenniaque pertinet, vel integro instrumento cohæret. Quod si enim falsi suspicio illum tantum attingat locum, qui vel plane non, vel ita solum substantialis dici potest, ut tamen non arcte adeo cum reliquis instrumenti partibus connectatur, tunc ea solum interit pars cæteræque salva atque integræ permanent. Ad priorem quidem classẽ Annum, Diem, Locum Testiumque sub signationem e publ. Instrumentis; ex aliis autem, Verbalem Cancellationem, Hæredis institutionem ipsamque Hæreditatem exempli causa recte referunt. Ad posteriorem autem illud inter alia spectat exemplum, ubi compluribus ex hæredibus vnus cancellatus est, ita tamen ut non reliquorum solum nomina verum alia quoque Testamenti solennia cuncta salva deprehendantur. vid. quæ diximus præced. §. X. Ill. Dn. Stryk. *Disp. de Rafura Cap. 2. §. 17.* Itemque alia Eiusd. pariter sub Præsidio: *de Conseruat. & Mutat. Vltimar. Volunt. §. 47.* hoc demum anno habita. Quæ quoad rasuram & cancellationem quidem ex-pedita sunt; quod si ergo ad Apostillas reuertamur & aliquid per falsitatem vel in margine vel in fine instrumenti fuerit adiectum; manifesto patet, Apostillam illam, contra quam falsi suspicio est, vitari, non instrumentum. Ut adeo omnino repudium mereatur sententia illorum, qui propter non rite factam scripturæ Additionem totum statim instrumentum reiici debere existimant. Ad Legem enim

Nostra sen-
tentia.

12. *C. de suscept. Prapof. & Arcar.* quod attinet, id tantum ex eadem colligitur, quod Notarius æque ac fufceptor femel de fraude vel falso aliquo conuictus instrumenta amplius conficere nequeat. Id quod tamen neutiquam huc applicari, multo minus elici exinde potest, quod si Notarius aut alius quidam vna in parte commiffisset falsitatem, id circo alteram Scripturæ partem, quæ falsa non apparet, falsam esse præsumendam, quoniam alias id fequeretur absurdum, quod omnia quæ antea perfecit instrumenta falsa etiam futura sint, vid. B. Dn. Brunnem. *ad cit. loc. itemque Repetit Paratut. Wefemb. Tit eodem Quest. 4.* Quamvis ea, quæ paulo ante de Publ. asseruimus instrumentis, non æque ad Protocollo extendere liceat, quippe quod Notarii vno in Protocollo plurima conscribere instrumenta soleant. Quod si ergo aliqua in instrumento per Apostillam commissa est falsitas, quoad illud vnice vitiatum Protocollum, ita vt cætera ibidem contenta instrumenta valida per maneant, quia in hisce nihil vitii commissum, neque hæc inter se necessariam quandam connexionem habent, vid. *cit. Disp. de Iur. Protocol. Cap. 2. n. 66.*

Quæ sic virtus Apostillæ seu postscriptæ.

§. XIV. Per contraria autem eundo a vitiiis ad virtutes nos conferimus. Quando ergo nullum in Apostilla reperitur vitium & suspicio falsi locum non habet, tum omnino valida est & suo effectu gaudet. Scilicet in genere hic ad euitandas ambages dici potest: Quemcunque effectum producit instrumentum, eundem quoque habet Apostilla instrumento adiecta; habetur enim tanquam pars & accessorium instrumenti vbi notum est, quod in principali obtinet, idem in accessorio etiam iuris esse. Nisi speciales circumstantiæ diuersam interpretationem suadeant, de quibus in sequentibus Capp. agetur.

An Apostilla

§. XV. Rem duobus demonstrabimus exemplis. Si

Apo-

Apostilla adiecta instrumento liquido & ex illo executiue agatur, vtrum executioni obster Apostilla, dubium oriri posset. Negatiua erit manifesta, si nullum Apostillæ vitium imputari queat. Sed quid dicendum, si res adhuc dubia, veluti, si Apostilla vel aliena manu, vel diuerso atramento adiecta, annon sic morabitur executionem? Adhuc negatiuam defendere conamur. Instrumentum enim quod falsi arguitur pendente cognitione habendum pro vero *L. 2. C. ad L. Cornel. de Fals. Faber. ad Cod. l. 4. tit. 29. def. 21.* Ad minimum res nondum clara est; sed altiorem indaginem requirit, quæ exceptiones ad iudicium petitorum, vel ad reconuentionem remittenda. Inde nobiscum consentit Carpzou, *in Proc. tit. 22. art. 4. num. 25. seqq.* Nec obstat, exceptionem instrumenti non liquidi impedire executionem, Coler. *in Process. Execut. p. 4. c. 1. n. 141.* nam negamus, ob solam præsumptionem falsitatis & coniecturam instrumentum desinere esse liquidum, si non manifesta adsint indicia falsitatis.

§. XVI. Alterum exemplum ex vltimis voluntatibus desumo, vbi notum est, si testamentum nullo visibili vitio laboret, statim possessionem rerum hereditariarum consequi posse heredem ex *L. fin. C. de Edicto diui Adriani tollendo.* Videndum ergo an Apostilla sit visibile vitium, aut annon ex illa etiam detur illud remedium? Certe hoc competere non dubito, si non manifesta adsit falsitas. Quod si dubia, adhuc locus erit illi remedio, & ita accipio quod asserit Seraph. Oliu. *Dec. 1564. n. 6.* exceptionem falsitatis non impedire immisionem ex *d. L. fin.* scilicet si de falso non statim & manifesto constet. Nam quæ altioris indaginis est exceptio hic non admittitur, sed ad ordinarium processum reicitur Carpz. *P. 2. c. 2. §. 12.* Plura exempla, in quibus effectus Apostillæ insignis est, reperientur in sequentibus.

impediatur
Processum
executiuum

An Apostilla
sit visibile vitium testa-
menti

CAPUT III.
DE APOSTILLA SEV POST-
SCRIPTO ACTORVM IVDICIALIVM
ET EXTRA IVDICIALIVM.

§. I.

Connexio
cum præce-
dentibus.

DE Vitiis & Virtutibus Apostillæ satis a nobis in præcedenti Capite actum est. Tam etiam maxime frequentes circa materiam isthanc casus ipsos euoluamus. Vt vero ordine id fiat, considerabimus hoc capite actus seu negotia inter viuos, quæ iterum vel sunt iudicialia, vel extraiudicialia, atque quid valeant apostillæ iis adiectæ trutinabimus.

libellus quo-
usque emen-
dari & muta-
ri possit?

An id in
margine li-
belli fieri
queat,

§. II. In iudicio primum est quod peragitur, ut actor causam suam proponat iudici & libellum porrigat. Notum vero est, quantæ sint inter Doctores controversiæ de emendatione & mutatione libelli, quousque hoc sit permissum. Vbi aliud dicendum videtur de iure civili, aliud de praxi, aliud de moribus specialium provinciarum. Verum cum hoc proprie ad Scopum nostrum non pertineat, beneuolum lectorem remitto ad Ill. Dn. Stryk. *Vs. Modernit. de Edendo §. 9. seqq.* Nos hic illud tantum quarimus, an eo casu, quo licita est emendatio & mutatio libelli, hæc per modum Apostillæ in margine fieri possit? Non puto autem hoc permissum esse; postquam enim libellus iudici oblatus, ille consideratur tanquam pars actorum, vbi notissimi iuris est, non licere priuato quidquam in actis immutare & delere, ad euitandas omni ratione fraudes, eeu & ante duos menses ab illustri facultate iuridica huius loci poenam dictatam fuisse Advocato, qui nomen tantum suum

ACT. IVDICIAL. ET EXTRA IVDICIALIVM. 21

suum quod scripto subiecerat proprio ausu iterum deleverat, habeo ex relatione Excell. Dn. Praesidis. Quod si ergo aliquid in libello emendandum sit, hoc separatim faciendum ab Actore; Et multo magis, si mutare libellum, hoc est, nouum Actionis genus instituire velit.

§. III. In specie vero iure Saxonico constitutum, in validam esse post praestitam Quarandam libelli mutationem Laedr. l. 3. art. 14. Constit. Nov. August. P. 1. Const. 11. in fin. & ibi Carpz. & in Proc. tit. 7. art. 4. num. 27. Vbi illud hoc loco obseruandum est, per modum Apostillae in margine attestari debere Actuarium seu Secretarium iudici, hanc Quarandam ab Actore praestitam esse. Quod communiter his verbis fieri solet, Actor hat in beyseyn des Beklagten / Kläger die gefoderte Bewehr der Klage / durch einen Handschlag würklich angelobet / und ist solches zur Nachricht hieher registriret worden / den. Anno. Cui subiicitur nomen Actuarii. Neque id tantum hoc casu, sed & in aliis plurimis obseruatur; quod si breue aliquod attestatum a iudicio exigatur, hoc in margine fieri debeat. Ita v. g. si reus exigat ab Actore cautionem pro Reconuentione & expensis, Actor vero vrgeat, se immobilia possidere, atq; sic immunem a cautione esse, peratque vt a iudicio ipsi propterea testimonium detur in gratiam iudicis extranei, solet in margine annotare Actuarius, daß Kläger in diesen Gerichten mit immobilibus angefessen / wird hiermit attestiret, subiecto nomine Actuarii. Quarum annotationum marginalium hic effectus iuris est, quod plenam probationem, cum pro attestatis iudicii praesumptio sit, quod nihil nisi causa cognita illis inferatur. Vt adeo vltiori probatione actor opus non habeat; Hac tamen adhibita differentia, quod si index attestatur de eo quod in iudicio actum, veluti hunc judicialiter tutorem constitu-

Quarandam praestitam esse, in margine notatur ab Actuario

Et alia breuiter attestatur iudicii.

Quid iuris circa has Apostillas?

ba nleuad
asku-ibogmi
asl. boqA

22 CAP. III. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO
tutum esse, tum plene probet Apostilla, si vero de aliis re-
bus v. g. de possessione immobilium, tum probationem
contrarii admittendam. Quia in his errare potest iudex,
neque hic proprie qua iudex, sed qua extraneus testatur,
nisi præcesserit causa cognitio.

An a parti-
bus quid in
marginis no-
tari, possit,

§. IV. Caterum circa partes litigantes earumque ad-
vocatos non multum occupabor, si quidem id in confesso
erit, non licere ipsis aliquid in margine adicere scriptis
quæ pars actorum facta sunt. Neque hoc solum in Pro-
tocolis iudicialibus verum est, sed etiam in scriptis, quæ
ab ipsis iudici oblata sunt. Equidem si aliquid annota-
verint antequam offerantur iudici, hoc sine vitio erit, sed
postea non facile ipsis permittendum, maxime priuata au-
toritate. Aliquo tamen casu id concedendum esse par-
tibus videtur si v. g. in illo iudicio oretenus procedatur,
von Mund ans in die Feder / & pars indigiter, Actuarium
mentem suam non recte percepisse, tum licebit errorem
istum emendare & in margine quædam adicere, sed non
nisi præsentem iudicem ad omnem fraudem evitandam. A-
lias, maxime si præiudicium exinde nasci parti aduersæ
possit, hoc non concedendum, & si factum sit, punien-
dum. Quod adeo stricte in quibusdam iudiciis Saxoni-
cis obseruatur, vt nec permittatur lineas in margine adii-
cere verbis maxime notabilibus. Quamuis alibi hoc non
sit prohibitum, cum plerumque pro Cautela obseruare
Practici soleant, vt rationes prægnantes vel atro vel rubro
vel viridi colore subducantur, quo eo facilius in oculos
referentis incurrant. Quod tamen faciendum est ante-
quam scriptum iudici insinuetur.

Cautela ad
impediendas
Apostillas.

§. V. Pergimus ad personas publicas in iudicio A-
ctuarium & ipsum iudicem. Vbi omnino laudanda est Cau-
tela iudiciorum Saxoniorum aliorumque quorundam,
vt sci-

vt scilicet ipsi registraturæ finitæ incontinenti Actuarius nomen suum immediate subscribat. Cuius duplex vsus esse potest, primo ne ex litigantibus quispiam manum Actuarii imitetur, & quædam adhuc subiiciat in fine, quasi & hæc acta essent in iudicio, deinde ne id ipse Actuarius a partibus forte corruptus facere possit; vtque adeo omnis Apostilla euitetur. Hinc si etiam v. g. testis protocollo iam finito & subscripto quædam adhuc addere velit, de nouo facienda registratura, veluti: eodem ist Zeuge abermals erschienen und hat vorgebracht / wie er sich noch dieses umstandes erinnern ic. & iterum subiiciendum nomen Actuarii.

§. VI. Sed nec illud hic silentio prætereundum est, non ab omni suspicione libera esse Acta, quæ valde subducta & vbi frequens est interlinearis & marginalis scriptura: maxime si dicta partium vel testium scriptura marginalis concernat. Hinc si forte in prima depositione quædam a deponente adhuc addita aut propter confusam narrationem quædam corrigenda necessario fuerint, tunc potius hæc mundanda statim & ita actis inserenda registratura, vt præsumtio collusionis euitetur. Quod cum in Actis inquisitionalibus aliquando non obseruatum, sed acta valde correctæ & interlineata deprehenderit illustr. Facultas. Iurid. huius loci separatis litteris monuit Actuarium, vt ab his in posterum abstineat, nisi velit vt hæc iudici superiori punienda denuncientur, ceu iridem mihi constat ex relatione Excell. Dn. Præsidis.

§. VII. Ad iudicem vt pergamus, constat sæpe ab eo supplicationibus partium in fine, quandoque & in fine primæ paginæ permodum Apostillæ subiici decretum. V. g. si dilatio termini petatur: Supplicanten ist noch eine Frist von vier wochen zuverstatten. Quod decretum postea extendit

Actuarius ab interlineatura & marginalibus abstinere debet

de Decretis iudicium per modum Apostillæ adiectis

24 CAP. III. DE APOSTILLA SEV. POSTSCRIPTO
tendit Actuarius, & in formam consuetam redigit. Verum, cum his Apostillis nihil vitii insit, neque singularis consideratio iuris hic locum inueniat, hoc adduxisse tantum sufficiet.

Index quando sententiam corrigere vel declarare possit.

§. IIX. Maiorem inspectionem meretur materia de mutatione & declaratione sententiae. Vbi satis quidem expeditum est iudicem sententiam suam corrigere non posse, quia postquam sententiam dixit, iudex esse definit. Semel enim officio suo, siue male siue bene, functus est. *L. 55. ff. de Re iud.* Valet tamen correctio sententiae si fiat per modum declarationis quam pars petit; vel si quaedam sententiae desunt, quae ad consequentiam iam statutorum pertinent. *L. 42. ff. eod. tit.* Et in aliis casibus quos recenset Martini *ad Process. Saxon. tit. 34. §. 1. n. 255.* Sed hoc loco illa oritur quaestio ad scopum nostrum pertinens, an

de iuris A
An per modum Apostillae?

quo casu correctio vel declaratio sententiae permittitur, hoc per modum Apostillae facere possit in margine. Id quod oratione negandum esse videtur, si sententia semel ad acta relata & publicata: non enim à iudice quidquam quod in actis continetur corrigendum. Valebit tamen, si id per modum Apostillae seu postscripti in fine fiat. Hinc & si tantum circa nomen Actoris & Rei error commissus & declaratio petita non corrigitur prior sententia, sed nova subiicitur his verbis. *Das es bey vorigen Urtheil bleibet / jedoch das vor Kläger Beklagter zu setzen.* Multominus id licebit si à iudice extraneo lata sit sententia, haec enim publicanda prout est, & declaratio ab eodem iudice, à quo lata sententia, petenda.

de Apostillis Legum & Rescriptorum.

§. IX. Transendum nunc est ad negotia extra iudicialia, quae cum iterum vel publica vel priuata sint, prius de publicis quaedam adiciam. Et quidem quod ad Leges, Statuta, & Rescripta attinet, non diu morabor in horum

horum Apostillis; si enim aliquid in margine adiectum, recurrendum ad ea, quæ præcedenti Capite dicta sunt, & videndum, an reperiantur notæ falsitatis: quæ si non adsint, sed præsumtio sit, voluntate legislatoris statuentis & rescribentis illa adiecta esse, eandem habebunt cum reliquis auctoritatem. Quamquam hic aliqui ob minimam quoque scripturæ Additionem, id quod à Principe ac superiore proficiscitur, suspectum reddant, si de facta illius voluntate Apostilla non aperte satis constet, ita ut parum ipsis interstit, siue quid in parte substantiali vel non substantiali superaddatur. Imo nec distinguunt, vtrum hoc in puncto tantum fiat, vel syllaba; aut an noceat vel nullum alteri damnum afferat vid. Fabius Capycius Galeota *Resp. Fiscal. v. num. 6. & 7.* Aliud tamen dicendum, si in fine quid per modum Apostillæ adiectum vela Principe ipso, vel a Cancellario, vel officiali, nomine superioris; vbi solennis Stylus est in Rescriptis in quibus Apostillæ ita incipere solent: *Nuch ist uns unterthänigst vorgetragen worden.* Nullum enim dubium est, quin hæc Apostillæ eandem habeant vim, si ex aliis causis sub & obreptio probari nequeat.

S. X. Eandem decisionem meretur, si quid libris publicis adiectum; vbi tamen pro cautela commendandum est, ut ab omni scriptura marginali abstinenceatur, ne litibus occasio suppeditetur. Quorum pertinet casus nuper admodum in quadam provincia inter Principem & Ecclesiam Cathedralem illius provincie ventilatus. Vbi disputabatur super iure Patronatus. In libro publico dicebatur, Principem in antiquissima possessione & exercitio iuris Patronatus fuisse. Sed in margine erat ad iectum, Ecclesiam Cathedralem in possessione ultima esse. Sane quin in re tanti præiudicii magna contra illam Apostillam frau-

De Apostillis
librorum pu-
blicorum
aut vidit
illud &
videtur
Ab eodem
Procuratore
factum.

fraudis præsumtio militet, nemo facile dubitabit. Sed ecclesia tamen Cathedralis obtinuit. Verum non ex scriptura marginali tantum, sed ex aliis prægnantioribus fundamentis.

de Apostillis
litterarum
inuestitura.

§. XI. Licebit ad negotia publica etiam referre concessionem feudi & dispicere quid observandum sit, si literis inuestitura apostilla adiecta. Verum & hic recurrit eadem decisio, ut ante omnia caute inquiratur, annon reperiantur notæ falsitatis & corruptionis. Quibus deficientibus, respiciendum in antiquis ad possessionem antecessorum vasallorum, nam in dubio iisdem conditionibus feudum datum esse censetur, quibus antecessoribus concessum. Struv. *Syatag. Iur. Feudal. Cap. 1. Thef. 11. n. 3. Ill. Dn' Stryk. Exam. Iur. Feudal. Cap. 1. Quest. 23.* Si ergo v. g. Castrum in margine adiectum, antecessores vero hoc nunquam possederint, præsumitur falsum etiam si alia signa deficient. Quod si in fine litterarum Apostilla adiecta, & v. g. in confirmatione castrum de nouo additum, tum valebit utique hæc concessio, sed castrum videtur eisdem modis & qualitatibus datum, quibus data fuerunt alia antiqua Paris. *Vol. 5. Conf. 22. n. 95.*

In Instru-
mentis Nota-
tionum pro-
hibite sunt
Apostille
marginales.

§. XII. Sequuntur iam negotia priuata & inter illa primum quæ coram Notario peraguntur. Vbi nonnulla obseruanda sunt ad scopum nostrum. Constitutum enim est a Maximiliano I. Imp. ut Notarii ab omni interlineatura & scriptura marginali abstineant, his verbis: Die Notarien sollen auch auffsehens haben / wann sie in extendirung und ingrosirung der Instrumenten radirten / sonderlich auff merckliche und verdächtige Derter / in einer oder mehr Zeilen / oder zwischen den Linien oder auff das Spatium herauß etwas setzen / dafür sie sich so viel möglich hüten sollen *Conf. Maximil. de Anno. 1522. von Unterricht der Notarien. §. die Nota-*

Notarien sollen auch 30. Ex quo sua sponte fluit, quod si eiusmodi Apostilla marginalis in Instrumento Notarii reperiatur, exinde magna falsitatis praesumptio nascatur. Imo etiam si hoc prohibitum a Maximiliano Imp. vt nec permiserint scripturam marginalem volentibus etiam partibus; verba constitutionis. §. denn ehe die Schrift/ 17. sunt hac: Wann aber die Schrift vollkommen und erfüllet ist/ so mag als dann nichts mehr hinzugeset/ darvon gethan vnder geändert werden / obgleich die Partheyen das verwilligen. Haud dubie ideo, vt ita omnis controuersia tollatur, & per hanc mutationem, nemini prauidicium inferatur. Sed addit Imperator in sequent. §. doch so möcht. 18. Cautelam, vt nouum fiat instrumentum ibi: Doch so möcht der Notarius zu dem so die Partheien / darnach ändern darzu oder davon thun wollen / von neuen gebeten werden / und einander Instrument machen. Doch daß das so vor gemacht wäre / in dem Protocoll bleibe. Rationem vero cur in Protocollo relinquendum instrumentum prius, repetere licet ex dicta constitutione §. und solches 6. & seqq. vbi, non aliter permittitur cancellatio quaedam verborum instrumenti, etiam partibus volentibus, quam vt quid scriptum fuerit legi possit: Daß solche Schrift läßlich stehen bleibe / subiuñcta ratione; Ob vielleicht einem andern / als Fisco, oder andern etwas daran gelegen / daß die aufgeschriebene Handlung dermassen geschehen wäre / und aus dem Protocoll erwiesen werden möchte.

§. XIII. Hac vero cum satis expedita sint in instrumentis, de eo saltem quaritur inter Doctores, an & in Protocollis Notarii interlineationes & marginalia faciant suspicionem. Quidam negatiuam defendunt, primo quia in Constitutione Maxim. hoc tantum in instrumentis est prohibitum, deinde quia diuersa videtur protocollis ratio, vt pote

Etiam si consentiant contrahentes.

nicht und
-21 20078
unrebnog

An etiam in
Protocolla
Notarii.

utpote in quod omnia prout gesta sunt conscribuntur, & sic facile necessitas ipsa interlineationem vel scripturam marginalem exigat. Mascardus *de Prob. Conclus.* 1259. n. 9. aliique citati a Farinacio *in Pr. Crim. quest.* 153. n. 27. Contra vero non desunt qui contrarium statuunt, & interlineaturas ac marginalia, omnino vitare Protocollum asserunt Ruinus *Vol. 1. Conf.* 215. n. 15. *seqq.* Menochius *de Arbitr. Iud. Quest. l. 2. cas.* 187. n. 34. Riminald. *l. 1. Conf.* 128. num. 5. Alex. *Vol. 7. Conf.* 175. n. 2. Nos vero Farinacio subscribimus, qui *cit. l. n.* 28. utramque sententiam ita conciliat, ut distinguat inter matricem & Protocollum; de illa accipit priorem, de hoc posteriorem sententiam.

Cum distinctione respondetur.

§. XIV. Quæ res ut clarior euadat, notandum est, vocem Protocollum bifariam accipi à Doctoribus (1.) pro illo primo exemplari siue originali Scriptura, quæ legitur & publicatur eo tempore, quo actus fit, antequam per Notarium extendatur in libro suarum rogationum, ut Protocollum describit Mascardus *d. Concl.* 1250. n. 1. Quod Doctores etiam vocant Matricem, item Bastardellum ac Filicium, ut idem autor tradit. n. 9. Deinde vero (2.) extenditur actus ex illo primo exemplari & in libro rogationum vel rogatum, ut loquuntur Doctores scribitur. Idem n. 11. Quem alii specialiter *librum Notarii*, alii *Protocollum* vocant uti etiam hoc sensu capitur Protocollum in *Const. Max. §. Fürter befehlen wir.* Et ex hac diuersa acceptione Protocollum nata est illa diuersitas sententiarum. Quando ergo Protocollum capitur priori sensu, ut facit Mascardus aliique, pro matrice, tum verum est, non obesse interlineaturas & scripturam marginalem: Dum enim hic Notarius primam voluntatem contrahentium tumultuarie concipit & partes in ipso contrahendi actu saepe illam mutant voluntatem, vel verba, non potest aliter fieri, quin Notarius

tarij quandoque teneatur aliquid addere in margine. Et sic vera est prior sententia, Apostillam non vitare hanc matricem seu Protocollum, si hæc pro synonymis habeas. Verum posteriori sensu, quando illa conventio in ipsum librum Notarii seu Protocollum, memoriæ ac futura veritatis gratia redigitur, tum obtinet posterior sententia; ibi enim exulare debent omnia, quæ vlllo modo suspectum reddere possent Protocollum, Ill. Dn. Stryk *Diff. de Jure Protocoll. Cap. 2. n. 71. quæ reperitur in Vol. 2. Disp.* Et ita consentit Mascardus aliique qui priorem fouent sententiam Add. Döring. in *Bibl. ICror. sub voce: Additio num. 45. in fin.*

§. XV. Quod si vero Notarius interdum quædam delere, suplere vel ad marginem scribere necessum habuerit, tum pro Cautela commendat Maximilianus. I. Imper. ad euitandam suspicionem falsitatis, vt in fine per modum Apostillæ adiciat Notarius, se ipsum in margine illa annotasse, daß sie alsdann im instrument oder ihrer subscription davon Meldung thun/ und sonderlich / wann solche interlineatur oder Schrift in spatio nicht von der Hand / die solches instrument ingroschiret/ geschehe. *d. Const. Max. §. Die Notarien sollen auch so. Menoch. de A. I. 2. l. 2. ca. 187. n. 42. Crauetta Cons. 38. n. 1.* Ita enim Notarius per subscriptionem hanc autoritate sua confirmat actum, & præsumptionem falsi tollit. Quod si non fecerit ex tenore illius constitutionis, non dubito asserere nullam fidem mereri id quod in margine adiectum, sed vitiosum esse Everhardus de *fide Instructum. C. 3. n. 51.* Non tantum si id in Instrumento fiat, de quo proprie loquitur Constitutio, sed & si in Protocollo seu libro Notarii idem reperiat, propter identitatem rationis. Ex quo simul magna isthac DD. altercatio componi potest, quæ disquirunt, vtrum

Cautela Maximiliani vt Notarius Apostillæ factam mentionem iniiciat.

30 CAP. III. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO

Apostilla ab initio statim cum ipsum condebatur Originale, an aliquo demum ex intervallo accessisse in dubio præsumenda sit. Qua de re vide valde inter se dissentientes Doctores apud Farinac. *cit. Quest. 153. n. 24.* Cœl. Bich. *Decis. 549.* Ioseph. de Sesse *Decis. 149.* Ruin. *Vol. 4. Consil. 68. n. 3.* Si enim nulla subsistit in Publ. Instrumentis Scripturæ Additio, nisi cuius expressa in subscriptione à Notario mentio facta est, parum refert, num ab initio statim, an ex post facto demum illa contigerit. Sed ane generalis etiam sufficit Subscriptio, si plures occurrant Apostilla, aut an specialis singularum fieri debet mentio? Hic ego cum Farinac. *cit. Quest. 153. n. 101.* & Mascard. de Probat. *Vol. 1. Conclus. 113. n. 3. & 4.* generalem Notarii Subscriptionem non admitti posse existimo, quando plures sunt Scripturæ Additiones, nisi vbi duæ tantum sunt & pluralis numerus adhibetur. Atque ita contraria Menoch. de *Arbit. Jud. Quest. L. 2. Cas. 187. n. 34.* sententia temperanda est. Conf. III. Dn. Stryk. *Disp. de Rasura Cap. 3. §. 4.* Præterea quoque an illa Notarii approbatio præcise in fine Instrumenti fieri debeat, an vero sufficiat, si in margine facta, vbi additio reperitur, non conueniunt DD. Dœring. in *Biblioth. ICior.* voce: *additio n. 50. lmit. 3. & 4.* cum aliis quos citat, prius affirmat; Sed nos posterius defendemus, quia verba constitutionis alternatiua sunt in Instrumento oder ihrer subscription. Consultum autem hic erit, vt Notarius partes & testes si haberi possint, adhuc semel conuocet ac in ipsorum præsentia talem Apostillam studio adiectam esse restetur. Quod si tamen dissentientes eiusmodi intellexerint casum, vbi Instrumento quidem in mundum redacto verum subscriptione Testium nondum munito aliquid adhuc in margine alibiue Notarius adiecit, tunc aliud omnino dicendum videretur. Hic enim specialis Notarii subscri-

ACT. IUDICIAL. ET EXTRA IUDICIALIVM. 31

scriptio in fine præcise ante subſignationem Teſtium fieri debet, quæ ſimul etiam additæ in Margine Apoſtillæ mentionem iniicit. Nos ergo de tali loquimur caſu, quo Publ. Inſtrumentum omnibus ſuis cum ſolemnitatibus iam perfectum teſtiumque ſubſcriptione corroboratum eſt.

§. XVI. Sed illud etiam ex verbis Conſt. modo adductis patet, multo magis in ſubſcriptione eius mentionem faciendam, ſi quid in ſpatio ſeu margine manu aliena ſcriptum reperiatur. Argumentum ducitur a minore ad maius. Si enim alias non valet, quod manu Notarii adſcriptum quod minus ſuſpectum videtur, multo magis vitioſum erit, ſi peregrina manu aliquid adſcriptum. Fides enim Inſtrumenti & Protocolli ſeu libri Notarii eſt ab auctoritate publica Notarii, ideoque ad ea tantum pertinet, quæ à Notario ſcripta. Quod ut in Inſtrumentis non præcise requiratur ſed ſufficiat ſi id ab alio ſcriptum & a Notario ſubſcriptum *d. Conſtit. §. Und die weil II. Add. Decius. Conſ. II. n. 16.;* In protocollo tamen neceſſarium ut hoc ipſe propria manu ſcribat. *d. Conſt. §. fürter ſo beſeyhen wir. 4. item: Durch ihn ſelbſt und nicht durch jemand anders nach ihrer Ordnung beſchrieben.* Diſſidenti Euerhardo *d. tr. c. 3. n. 41.* eiusque rationibus reſpondit. Ill. Dn. Stryk *cit. diſſ. de Iure Protocolli c. 2. n. 20. ſeq.*

§. XVII. Hactenus dictum eſt, tum Apoſtillam marginalem fidem mereri ſi a Notario eius facta fuerit mentio expreſſe. Sed quid ſi hoc omiſerit Notarius, ex aliis tamen argumentis aliſue partibus eiusdem Protocolli appareat, Apoſtillas recte adiectas eſſe. Hoc caſu etiam validam eſſe ſcripturam marginalem aſſerit Euerhardus. *cit. l. n. 57. in ſin. & recte, quia hoc ipſo probatur, nullam hic fraudem vel corruptionem admiſſam eſſe. Tandem & Apoſtillas iſtiusmodi valere, ſi illud per conſuetudinem intro-*

Quid ſi Apoſtilla marginalis manu aliena ſcripta?

Protocollum manu propria Notarii ſcribendum.

Quando Apoſtilla alias fidem inueniat.

32. CAP. III. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO
troductum, modo sit concludenter probata, tradit Decian
l. 2. Conf. 99. n. 7. & 51. Achill Personal. de Adipisc. poss. num.
156. seqq.

Quando ali-
quid cancel-
latum in In-
strumento, o-
pus est Apo-
stilla, an illa
f. 299

§. XLIX. Illud adhuc obseruandum est, quod eo ca-
su, quando forte aliquid in instrumento, vel Protocollo
deletum vel cancellatum est, Notarius in margine vel in
fine adicere debeat, quod hoc studio factum sit, cum ali-
as vitaretur instrumentum, modo illa attestatio vel Apo-
stilla sit de corpore ipsius instrumenti vel protocollis, ita
scilicet vt ante subscriptionem vel in ipsa subscriptione
Notarius adscribat, se illas cancellationes fecisse, vt loqui-
tur Euerhardus d. tr. v. 3. n. 49. Vbi tamen tutius est hoc
facere in praesentia partium & testium imo & si per erro-
rem facta cancellatio, necessum est vt per modum Apostil-
lae testetur de hoc errore Notarius, ne suspectum reddatur
instrumentum vel protocollum cit. Diss. de Iure Protocolli. ca.
2. n. 75. seqq.

multo cor-
-o-9- unam
Hanc illa
ambardus

De Aepcha
per modum
Apostillae i-
psi obligatio-
ni adiecta

§. XIX. Sed dimittimus Notarios & ad contractus, quos
partes inter se sine Notario celebrant, nos conferimus, ac
primo quidem ad contractum Mutui. Vbi constat saepe
Aepchas statim post finitam obligationem principalem
scribi solere: Das mir Titius von obiger Summa die Helste
baar wieder entrichtet hat / wird hiermit bescheiniget. Quia
ergo haec Apostilla valida sit, nullum dubium superest, vt
& praxis id comprobat Add. Dion. Gothofred. ad L. 4. ff.
de bon. poss. secund. tabl. lit. d. Modo tamen creditoris ma-
nu scripta fuerit, quod si enim peregrina manu, potius
praesumitur fraus & sic non nocebit Apostilla Creditori,
quo minus integram summam adhuc petere possit. Sed
quid si Aepcha in fine adiecta cancellata sit, an nihilomi-
nus solutionem exinde probare poterit debitor? Ita omni-
no puto, si adhuc legi possit, cum non possit alia capi praesum-

Quid si can-
cellata?

ACT. IUDICIAL. ET EXTRA IUDICIALIVM. 33

sumtio quam quod hæc cancellatio facta sit à creditore in fraudem debitoris.

§. XX. Hac occasione non possumus non Apostillas certo casu instar cautelæ commendare. Notum enim est, ad excludendam exceptionem non numeratæ pecuniæ non sufficere, si illi exceptioni in ipso Chirographo fuerit renunciatum, hinc suadent Doctores, vt creditor postquam pecunia numerata est, post interuallum, specialem confessionem numeratæ pecuniæ exigat. Ill. Dn. Stryk. *Tr. de Cautel. Contract. Sect. 2. c. 7. §. 10.* Hinc idem operabitur Apostilla, quando debitor post instrumentum obligationis subiicit: *Das mir obige tausend Thaler Capital von dem Sempronio baar bezahlet worden / und ich solche zu meinen sicheren Händen würcklich empfangen / wird hiermit bescheiniget / subiecto iterum nomine debitoris.* Imo vtilius erit creditori, si hac ratione confessio ex interuallo per modum Apostillæ ipsi obligationi subiungatur, cum simplices schedulæ facilius amittantur.

Per Apostillam excludi potest exceptio. N. N. P.

§. XXI. Porro satis constat, magnam esse inter hypothecam iudicialiter confirmatam & simplicem eius constitutionem differentiam, vbi iudicialis hypotheca etiam posterior priuatis prioribus in concursu creditorum preferatur. *L. 11. C. qui Prior. in Pig.* Imo in Saxonia bonorum immobilium oppignorationes non valent, nisi a iudice confirmatæ, *Carpz. P. 1. C. 28. def. 122. n. 1.* Sicut & idem in Statut. Nordlingens. *Part. 11. Tit. IX. §. 2.* expresse cautum est. Quod si ergo mutuum sub hypotheca concessum, & hæc iudicialiter confirmata, post obligationem vero & confirmationem iudicalem hæc Apostilla reperiatur *auff diese vorgesezte gerichtliche Verschreibung meines Hauses / habe ich annoch 100 Thaler heute dato vom Sempronio baar empfangen / und will / daß mein Haus eben so künfftig*

De Apostilla hypothecæ subiecta iudiciali.

E

tig

34 CAP. III. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO
 tig davor hafften soll / als wäre diese Post in der vorigen mit
 begriffen; quæritur an hæc Apostilla tantum valeat, vt rati-
 one horum 100 thalerorum Creditor in concursu ead-
 dem prærogatiua gaudere possit? Et puto negandam esse
 quæstionem, neque ratione huius summæ creditori aliam
 quam priuatam extraiudicalem hypothecam esse consti-
 tutam. Vim enim habet iudicialis hypotheca, non a con-
 uentione partium, sed ab autoritate confirmationis iudi-
 cialis, quæ hic deficit. Deinde non potest debitor suo
 consensu melius ius suo creditori constituere in præiudi-
 cium ceterorum creditorum. Vt adeo creditor curare de-
 beat, vt hæc Apostilla pariter iudicialiter confirmetur, si
 plenissime securus esse velit. Conferantur hic quæ pari-
 fere de Casu recenset Anton. Fab. *ad Tit. C. de Fid. Inst.*
Def. 8.

Apostilla e-
 andem sub-
 scriptionem
 requirit quæ
 ipsi instru-
 mentum.

§. XXII. Ceterum in genere obseruandum est in A-
 postillis, quæ per modum postscripti instrumento plane
 perfecto & consummato subiiciuntur, quod ibi eadem
 subscriptio partium exigatur, quam ipsum instrumentum,
 quia omnis obligatio instrumenti oritur ex subscriptione
 nominis; hoc ipso enim dum quis subscribit instru-
 mentum, consensum suum declarat in illa quæ sunt superscri-
 pta. Hartmann. *Pistor P. 2. Quæst. 49. n. 29.* Hinc omiſſa
 subscriptione vitiosa erit Apostilla Dn. Stryk. *Tract. de*
Caut. Contr. Sect. 1. Cap. 6. §. 6. Sed an necessum erit, vt ipse
 scribens totam Apostillam scripserit propria manu? Mi-
 nime verò; nam & a tertio scribi potest modo a partibus
 subscripta; siquidem subscribens totam scripturam appro-
 bat, etiam ab alio scriptam, ex communi Doctorum sen-
 tentia. Menoch *l. 1. præf. 66. n. 7.* Rebuff. *ad Constit. Regni*
Gall. T. 1. tract. de Chyrog. in pr. n. 51. Barbosa *ad Cap. 6. X. de*
Reb. Eccles. non alien. n. 6. Ex quo simul illud patet, non ab
 vno

Quis subscri-
 bere debeat

ACT. IVDICIAL. ET EXTRAIVDICIALIVM. 35

vno sed ab omnibus contrahentibus qui ex Apostilla obligari debent & interesse habere possunt, faciendam subscriptionem Trentacinq. l. 2. Tit. de fide Instrum. resolut. 12. n. 7.

§. XXIII. Equidem communiter distinguere solent inter contractus vnitaterales & bilaterales, ibi vnus hic vtriusque subscriptio requiritur: vt adeo in Apostillis hæc quoque distinctio adhibenda videatur: & negari non potest vt plurimum verum esse, quod in contractu vnilaterali vnus subscriptio sufficiat. Verum hoc tum locum habebit, si negotium vnum ex contrahentibus tantum respiciat: nam si alterum pariter tangat, & illius interfit, ab eo quoque facienda subscriptio. Ita si mutuum ad triennium datum & in fine obligationes per modum Apostillæ adiectum fuerit: *Es ist nachhero beliebet worden / die Gelder 6 Jahr stehen zulassen*; hic sane non sufficit solum creditorem subscribere, sed & debitor subscribere tenetur, forte enim ille non desiderat pecuniam ad 6. annos, maxime si, vt communiter fit, sub vsuris credita: dum ergo non subscripsit, dubium est, an consenserit in prorogationem temporis, & sic, alia probatione deficiente, triennio finito, pecuniam soluere, non obstante Apostilla, potest. Ad id tamen proderit eiusmodi Apostilla a solo creditore scripta, vt ipsum obliget, & ita vi illius debitor conuentus ante finitum sexennium pecuniam soluere non teneatur. Quilibet enim sua scriptura priuata se ipsum obligare potest, sed non tertium.

An in contractu vnilaterali vnus subscriptio sufficiat?

§. XXIV. Quod si ergo Apostilla contractui vnilaterali subiecta, sæpe vtriusque subscriptionem requirit, multo magis eadem necessaria erit, si contractus bilateralis fuerit. Vbi tamen si vnus tantum subscriperit, iterum distinguendum est, an illud quod in Apostilla scriptum concernat præiudicium subscribentis, an alterius. Hoc

In Bilateralibus vtriusque requiritur.

36 CAP. III. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO.
casu nullam vim habet Apostilla. Ita si inter coniuges do-
natio reciproca omnium bonorum celebrata, & vnus in
subseriptione certa bona per modum Apostilla exceperit,
nullius hoc efficaciam erit: nec enim poterat ab obligati-
one, ex donatione rec proca semel rite facta resultantem
propria scriptura se liberare, sed illo casu efficax vtrique
est Apostilla contra subscribentem. Nam quaelibet scri-
ptura priuata contra scribentem eiusque heredes plene pro-
bat. Klock. Vol. 2. Conf. 7. n. 141. Michael apud eundem Vol.
2. Conf. 42. n. 170. seqq. Cotlmann. Vol. 1. Conf. 45. n. 62.
Inde si quis in Apostilla scripserit, Obigen Transact will
ich hiermit in bester Form rechtens renunciiret haben. NN.
eo ipso non potest prauidicium adferre alteri, quo minus
is ex instrumento transactionis agere possit, bene tamen
sibi ipsi, vt alteri inde contra subscribentem, agentem ex
transactione, exceptio factae renunciationis competat.

De Pactis ad-
iectis per A-
postillam.

§. XXV. Vnicum addendum de pactis adiectis quae
contractui in continenti adiiciuntur, de quibus quae in iu-
re ciuili statuta, hic non repero, sed illud tantum quod si
per Apostillam adiciuntur, vtriusque subscriptio requiritur,
vt ex praecedentibus patet. Quoad mores tamen Ger-
maniae, & Praxin receptam, hic obseruari meretur, non im-
peditur necesse esse, vt in continenti adiciantur, hinc si
per Apostillam, etiam post contractum perfectum & tradi-
tione consummatum, ex interuallo pactum aliquod con-
tractui adiectum sit, exinde firma obligatio nascitur, cum
hodie ex omni pacto etiam nudo, animo tamen serio &
deliberato inito, qui animus ex Apostilla eiusque subscri-
ptione praesumitur, valida oriatur & efficax actio. Dn.
Stryk. tr. de Cautel. Contract. Sect. 2. c. 7. §. 1. & in Vsu M. d.
Pandect. tit. de pactis §. 1. alique ibidem citati.

CAP.

CAPUT IV.
DE APOSTILLA SEV POST-
SCRIPTO VLTIMARVM VOLVN-
TARVM.

§. I.

HActenus de virtutibus & vitiis Apostillarum, & quantum valeant in negotiis tam iudicialibus quam extraiudicialibus inter viuos, vidimus. Nunc ad vltimas voluntates progrediendum. Nec enim minima pars officii Icri in interpretandis vltimis voluntatibus consistit, ob infinitas illas quæ in foris adhucdum ventilantur controuersias. Quorsum in genere conferri potest integer tractatus Manticæ de interpretat. vltimarum Voluntat. Opera igitur pretium erit dispicere, quantum noceant vel prosint Apostilla in vltimis voluntatibus.

Connexio
cum prece-
dentibus

§. II. Ante omnia autem hæc quaestio se nobis offert decidenda, an quis per Apostillam, in fine adiectam testamento iam omnibus numeris & solennitatibus perfecto, testari possit? Ad quam sine ambagibus affirmatiue respondemus. Neque enim quo loco quid scriptum sit attenditur, sed quæ fuerit voluntas testatoris, propter fauorem vltimæ voluntatis. *Nihil enim est quod magis hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium: verba sunt Constantini Imp. in l. 1. C. de S. S. Eccles.* Vnde & si in opistographo, cuius conuenientiam cum Apostilla ostendimus Cap. 1. §. 5. quis fuerit testatus, bonorum possessionem peti posse, traditur in L. 4. ff. de bonor. poss. secund. tab. Ut adeo satis inde constet, hanc

Potest quis
testari per A-
postillam.

38 CAP. IV. DE APOSTILLASEV POSTSCRIPTO

testationem, per Apostillam in fine testamenti factam, validam omnino esse.

Sed tantum
per modum
Codicilli.

§. III. Verum ut omnis error euitetur, distinctione opus est, an quis testamento semel rite & solenniter condito, & a testibus subscripto, aliud in fine per Apostillam testamentum subiiciat; an tantum Codicillum. Illo casu non valebit vtrumque, secundum principia iuris Romani, quia nemo cum duobus testamentis decedere potest. *L. 19. ff. de testam. milit.* Hinc subsistet vltimum tantum, per Apostillam adiectum, utpote quo ipso ruptum est prius. §. 2. *Inst. Quib. mod. testam. infirm.* Quod eo vsque verum est, ut, etiamsi duo testamenta eodem die condita & ab iisdem testibus subscripta fuerint, tamen, si constet ex coniecturis quodnam vltimum fuerit, hoc prævalere debeat. Quod cum hic constet, dum testamentum per Apostillam conditum haud dubie posterius fuit, idem quoque statuentum. Hoc vero casu, si tantum Codicillos, vel vnum, vel plures, testamento per Apostillam subiecerit testator, valebit & testamentum ipsum & Codicilli, quia hi cum testamento subsistere, nec illud rumpere possunt, §. 3. *Inst. de Codicill.*

Quot testes
ad Apostillam
requirantur?

Si per illam
condatur
testamentum.

§. IV. Sed nunc ulterius progrediendum, & an solennitates nonnullæ ad Apostillas requirantur, an vero sola testatoris subscriptio necessaria sit, exponendum. Vbi in genere, per modum regulæ, dici potest, talia requiri solennia, qualia ipsum negotium, quod per Apostillam expeditur, exigit. Hinc si testamentum solenne per Apostillam adicere velit testator, vel si maritus antea & vxor per Apostillam in eadem Charta testamentum condant, septem testium subscriptio, & alia quæ in testamento solenni desiderantur, necessaria. Vid. Disp. nuper sub Excell. Dn. Præsidente habita, de *Testam. Conjug. reciproc. Thef. 24. seqq.* Quod
li ve

Si Codicilla.

si vero Codicilli testamento per Apostillam subiecti, vt omnes testes, qui in testamento adhibiti, hic iterum subscribant, necessum non est, sed sufficit, si adhibeantur 5. tot enim in Codicillis condendis exiguntur *L. ult. §. fin. C. de Codicill.* neque necessum est vt hi testes ex illis sint, qui in testamento adhibiti, sed alii esse possunt. Idem est si noua legata per Apostillam relicta, quia & in legatis non testes exiguntur. Sin autem nihil legauerit testator in Apostilla, sed ibi tantum legatum in testamento relictum reuocauerit, nulli testes requiruntur, sed sufficit sola Apostilla a testatore subscripta, quia leges nihil aliud quam probationem mutatæ voluntatis requirunt *L. 3. §. fin. & L. 13. ff. de Adim. leg.* Hinc & nudam Schedulam sufficere dicit. *Carpz. P. 3. c. 13. §. 19. n. 1.* Conf. hic Celeberrimi in Ill. Eberhardina ICri Dn. Ferd. Christoph. Harpprechti, Patroni ac Præceptoris antehac mei summa obseruantia colendi *Vol. 1. Consil. V.* Id quod etiam tunc obtinet si testamento isthæc inserta sit Clausula, vt, quod in posterum adhuc Testator eidem addiderit, æque valere debeat, ac si ab initio statim ipsimet Testamento insertum fuisset. Aliud si integrum testamentum in Apostilla reuocauerit, cum reuocatio testamenti non nisi coram septem testibus fieri possit. *§. 7. Inst. quib. mod. test. infirm.* *Carpz. P. 3. c. 3. §. 42. n. 3. seqq.* Verum hæc manifesta sunt: dubium forte oriri possit, quot testes requirantur, si testator in Apostilla nec nouum testamentum condiderit, nec quidquam quoad heredis institutionem, vel legata, aut fideicommissa statuerit, sed tantum quædam testamenti verba dubia explicauerit? Videri hic possit, iterum septem testes requiri, quia, quod iuris in principali illud quoque iuris in accessorio esse debet. Ast solam testatoris subscriptionem hic sufficere existimo: Pro codicillo namque hoc haberi non potest, cum

Si legata re-
linquantur.

vel adiman-
tur.

vel testamen-
tum reuoce-
tur.

Vel verba te-
stamenti du-
bia declaren-
tur.

40 CAP. IV. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO

cum nec legatum nec fideicommissum relictum, sed pro nuda voluntatis dubia declaratione: vti ergo ad testamentum ipsum conficiendum testes non adhibentur, neque iis tenor testamenti necessario prælegendus, ita nec ad interpretationem verborum testamenti testes erunt necessarii, sed hic sufficiet, si voluntas testatoris probari queat, quod hic fieri potest per Apostillam a testatore scriptam, vel subscriptam; cum quilibet, secundum vulgatum axioma, verborum suorum optimus sit interpres.

Quid in Apostilla, Testamenti Paterni inter liberos?

§. V. Circa dispositionem patris inter liberos dubius casus notandi veniunt. Primus est, si testator solenne testamentum condiderit & tam liberos, quam extraneos heredes instituerit; postea vero Apostillam subiecerit & in illa, qua ratione liberi bona sua dividere debeant, disposuerit: vbi haud dubie sufficit si Pater Apostillam scripserit, vel subscripserit, nullis etiam testibus adhibitis; notissimi enim iuris est, solam scripturam ad dispositionem validam inter liberos sufficere *Auth. quod sine C. de testam. Nou. 107. c. 1. Auth. si modo C. fam. heretic. Nou. 18. c. 7.* Secundus casus est, si pater tantum inter liberos testamentum condiderit, & deinde in Apostilla adiecerit, quod liberi instituti personæ extraneæ legatum soluere debeant: quo casu non sufficiet sola scriptura patris, sed propter personam extraneam quinque testes desiderantur, vt sic instar codicilli valeat; alias enim hæc dispositio erit nulla. *L. fin. C. fam. heretic.* Quibus in genere subiungo, quoties testamentum est priuilegiatum, & nullos testes requirit, quale est testamentum Militis, vel ad pias causas conditum.

Apostilla vtilis in substitutione pupillari.

§. VI. Solennis Apostilla testamentaria species est, vt nunc misis externis solennibus ad interiora testamenti progrediar, quam pro cautela commendat Imp. in substituti-

tuti
hæc
filius
per
rem
ST. A.
tion
tem
bus
lino
caue
rian
cum
tum
non
pru
scrip
tatu
si qu
pler
nus
pi
test
bis
de f
vbi
& e
in t
ill
L. 1.
C. d.

42 CAP. IV. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO
 esset scriptum, iustus successor futurus esset, accepta bonorum
 possessione, filius patri: perinde habebitur atque si sua manu
 pater tuus te heredem scripisset, functus dulci officio. Conf.
 pluribus Carpzo. P. 2. Dec. 151. 202. Farinac. tr. Crim. Qu.
 150. n. 201. Peregrin. de Iure Fisci l. 3. tit. 12. n. 1. Petr. Gregor.
 Syntagm. lib. 36. tit. 5. n. 2. Qui omnes cum communi scho-
 la asserunt, non valere hoc legatum nisi per Apostillam
 a testatore approbatum. Limitationes habet Brunnem.
 ad tit. Cod. n. 5. seqq.

Apostilla
 marginalis
 non vitiat te-
 stamentum?

mutag
 -i sup bou
 adp dbe in
 sin ruz non
 uncent rino
 allibogā n

§. IIX. Hactenus de Apostillis in fine testamenti po-
 stis quaedam diximus; ex quibus cetera facili negotio diu-
 dicari possunt. Nunc ad Apostillas in margine positas tran-
 seundum; ubi præiudicialis oritur quæstio an per scriptu-
 ram marginalem vitietur testamentum? Equidem cancel-
 lationem vitiare testamentum, ideo quod hoc ipso con-
 stet testatorem prioris suæ voluntatis pœnituisse, commu-
 nis sententia est Vasquius de Success. l. 7. §. 15. n. 60. vt ita vi-
 deatur idem de scriptura marginali dicendum esse. Ve-
 rum, non aliter accipiendam illam Doctorum sententiam,
 quam si integrum testamentum fuerit cancellatum, qui-
 busdam enim verbis tantum cancellatis, non totum infir-
 mari, sed solum id quod deletum est, recte statuit Carpz.
 P. 3. C. 3. def. 5. n. 2. 3. Quamvis & si totum cancellatum,
 distingui debeat, an testamentum reperiat apud testato-
 rem an apud alium, vt illo casu consulto, hoc casu præter
 voluntatem testatoris deletio facta præsumatur. Brun. ad
 L. 1. ff. de his que in testam. del. n. 2. Deinde non valebit a
 cancellatione ad scripturam marginalem argumentario.
 Cancellatio enim est signum pœnitentiæ, sed marginalis
 scriptura est signum confirmationis testamenti a testatore
 factæ, cum aliquid testamento addiderit, & ita voluerit
 vt testamentum cum hac additione valeat. Vnde hanc
 Apo-

Apostillam non vitare testamentum asserit cum Carpzouio
d. def. s. n. 4. Brunnemann. ibid. n. 3. seqq. Addit tamen Limitatio.

Carpzouius limitationem, modo apposta in margine non
 contrarietur heredis institutioni aliisque in testamento
 contentis, ex quo dubia voluntas testatoris reddi possit.
 Recurrendum ergo ad illa, quae Cap II. dicta sunt, & exa-
 minanda Apostilla, an pro vitiosa haberi debeat. Nam
 si testator, ipse sua manu Apostillam adiecerit, vt ita de vo-
 luntate ipsius satis constet, valida erit etiam si ex parte con-
 trarietur iis quae in testamento contenta, veluti si adscri-
 pserit, Titium non debere capere legatum, vel Sempronii-
 um etiam heredem esse debere. Cum enim fateatur Car-
 pzouius, ante omnia ad voluntatem testatoris respiciendum
 esse, vtrique hoc etiam casu idem obseruandum merito erit.
 Addatur. *L. 2. ff. de His qua in testam. delect.*

§. IX. Verum cum antea mentio facta fuerit cancel-
 lationis, hic quoque quaedam obseruari merentur. Nam
 si consulto facta cancellatio, subsistet quidem, vt modo
 traditum, quod non cancellatum est, sed cum inde con-
 trouersia oriri possit, annon ab alio in fraudem legatarii,
 cuius forte legatum cancellatum est, hoc factum fuerit,
 vtile admodum erit, vt testator adiciat in margine, *litu-
 ras, inductiones, superinductiones ipse feci*, quod etiam fieri
 solere, tradit Vlpianus in *L. 1. §. 1. ff. de bis qua in testam. del.*
 Maxime vero hoc necessarium est, si forte inconsulto qua-
 dam a testatore deleta, tum enim non aliter haec mane-
 bunt, quam si *inconsulto se induxisse* in margine adiecerit
 testator. *d. l. 1. §. 1.*

Si quid inces-
 tamento de-
 lectum, Apo-
 stilla opus.

§. X. Sed & tum effectum insignem habet Apostilla,
 si in testamento omissa sit clausula codicillaris; haec enim
 vt a testatore in margine adiciatur consultum est. Imo
 & si ab alio adiecta, testatoris voluntate eam praesumi ad-
 ditam

de Clausula
 codicillari
 per Apostil-
 lam adiecta.

44 CAP. IV. DE APOSTILLA SEV POSTSCRIPTO

Verisimil

ditam etiam si in margine, & forte alio atramento scripta reperiatur asserit B. Dn. Brunn. *Consil. 34. n. 7.* Cuius ratio hæc est, quod testator præsumatur ita voluisse testamentum condere, ut valeat, & sic videatur etiam eius voluntate adiecta clausula, ut eo certius testamentum valeat. Ex qua ratione etiam valet, si in testamento litterarum imperiti non intelligentis vim clausulæ, ea a Notario fuerit adiecta: Voluit enim imperitus testamentum condere quod valeat, ideoque tacite voluit adijci illud, quo ultima voluntas ut testamentum non subsistens, saltem ut codicillus sustinetur. Ill. Dn. Stryk. *Diss. de Iure Analphab. cap. 4. n. 35. Vol. III.* Qua occasione non immerito dubitari posset, annon expressio clausulæ codicillaris sit superflua? Ita omnino dici potest, si in interpretandis ultimis voluntatibus magis ad mentem testatoris, quam Doctorum sententias, respiciendum est. Quis enim est qui testamentum alio animo condit, quam ut illud valeat, & quidem ut valeat omni meliori modo? Ergo vis clausulæ codicillaris iam inest testamento. Si itaque omittatur expressio eius quod tacite inest, non magis vitatur actus, quam si omittuntur Cautela abundantes. Quæ sententia licet singularissima sit, in regulis tamen bonæ interpretationis, quæ ex coniecturis voluntatis desumenda, habet fundamentum. Imo fatentur Doctores, quod imperitiâ Notarii, hanc clausulam forte omittentis, nocere non debeat testamento arg. *L. 24. C. de testam. Tib. Decianus Vol. 3. Resp. 44. n. 5. Anton. Cephalin. l. 5. Conf. 409. n. 35. Francisc. Mantica de Coniectur. ult. volunt. l. 7. tit. 3. n. 7.*

Clausula codicillaris videtur superflua.

de Vsu Apo-
stilla in te-
stamento mi-
litis, ubi mi-

de Vsu Apo-
stilla in te-
stamento mi-
litis, ubi mi-

§. XI. Apostilla etiam usus non exiguus esse potest in testamento militis. Constat enim ex iure nostro, testamentum imperfectum, ante militiam factum non convalidari, per subsequentem militiam, ut postea iure militari sub-

subsi-
stentia
restam-
rit, v
facta
tio, n
bist.
facto
neatu
adied
in nu
ferua
Apo-
iecta
sum
defir
facil
hi


subſiſtat, quia *conſtitutionibus Principum non militum teſta-
menta, ſed qua a militibus facta ſunt confirmantur L. 25. ff. de
teſtam. mil.* Niſi de nouo miles teſtamentum approbaue-
rit, vel dicto, vel facto. *d. L. 25. & L. 9. §. 1. ff. eod.* Inter
facta vero illa, ex quibus colligitur noua militis approba-
tio, reſert Imp. ſi quid teſtamento in militia adiecit. §. 4.
Inf. eod. Proinde ſi in teſtamento iſto ante militia
facto reperiatur Apoſtilla, hæc ipſa, teſtamentum vt ſuſti-
neatur, efficiet. Modo tamen conſtet Apoſtillam iſtam
adiectam cum iam cinctus, vt loquitur *ICrus in d. L. 25. h. e.*
in numerum militum relatus fuerit. Vbi pro cautela ob-
ſeruandum militi teſtamentum ita confirmare volenti, ut
Apoſtillæ ſubiiciatur datum, vt conſtet quo tempore ad-
iecta fuerit.

Cautela.

§. XII. Potuiſſent plures caſus adduci, in quibus vo-
lum Apoſtillæ ſeu poſtſcripti oſtendere, & quid iuris ſit,
definire liceret; verum cum ex iis, quæ dicta ſunt, ceteri
facile diiudicari queant, nec temporis ratio hoc admittat,
hic pedem figimus, & Deo Optimo Maximo, pro
conceſſis viribus, grates nuncupamus
æternas.

Concluſio
Diſſertatio-
nis.

F I N I S.



F 3

APO.

APOSTILLA COROLLARIORVM.

I.
Testamenta non ex Iure Naturali nec ex iure Gentium,
sed Positio, descendunt.

II.
Nec in Germania maiorem habent fauorem quam
nuda pacta.

III.
Sponsalia quamuis iurata sint, mutuo tamen dissensu
iterum legitimam per viam dissolueri licet. Neque con-
trarium probatur ex *C. 2. X. de Sponsal.*

IV.
Pacta Coniugum successoria in vim contractus inita,
per subsequens Testamentum, inuito altero, reuocari non
possunt.


V.
Non Ciuitates solum aut Principes Imperii, sed inter-
gri quoque Circuli, foedus cum Imperatore, vt Archiduce
Austriae, contra exterum quendam pangere possunt, et-
iam si bellum aduersus eundem nomine Imperii nondum
declaratum sit.

VI.
Quicumque Status ab alio, Feuda Imperii hostiliter in-
vadente, praesidium recipit, is debitam Imperatori & Im-
perio fidem omnino violat.

VII.
Litterae Inuestiturae probationis potius quam solen-
nitatis ergo adhibentur: Non obstante *1. Feud. 4. pr.*

VIII.
Iudex communem sententiam erroneam sequens peccat.

NOTA



SAMVELIS STRYKII JC.

S. REG. MAIEST. BORVSS. CONSILIARII INTIMI
ET ANTECESSORIS PRIMARII

Ad

CLARISSIMVM DN. CANDIDATVM

Acclamatio.

Postscriptis non plenam deberi fidem, in hac Dissertatione probasti. Quod si ita est, & gratulationi meæ, quæ revera Postscripti vicem subit, non maior fides debetur. Attamen cum variis casibus etiam postscriptis sua stet auctoritas, sicut in præcedentibus paginis luculente demonstrasti, ita nec meæ huic Epistolæ deerunt adminicula, quæ omnem dubiæ fidei suspicionem penitus elidunt. Etenim testes reliquisti fide dignissimos in Academia Altorfina, qualem te per quadriennium ibi in humanioribus Studiis, præcipue autem in Mathesi addiscenda gesseris, qui omnes vno ore fatebuntur, neminem industria & modestiæ superiorem fuisse. Deinde ex Academia Tubingensi celeberrimos illic loci ICTos mihi adstipulantes habeo, qui quam assidue per biennium integrum Themidi litaueris, testabuntur; præcipue vero id faciet ICTus excellentissimus, Dn. Harprecht, qui te domesticum habuit, & ob singularem animi probitatem, industriam, discendique cupiditatem te impense amaui, & non sine encomio dimisit. Eodem animo ante biennium ad Fridericianam nostram accessisti, nihil antiquius habens, quam vt Studiorum alibi bene cæptorum metam ex voto contingeres. Hinc in publicis pariter ac priuatis Lectionibus assiduam te exhibuisti auditorem, & nihil intactum reliquisti, quod patriæ commodis aliquando promouendis inservire possit. Moribus insuper compositis vixisti, nec cuiquam

gra-

gravis aut molestus fuisti, sed omnibus te gratum & acceptum reddidisti. Cum ergo in te consortium fecerint non fucata probitas & singularis eruditio, quam non vna vice in auditorio publico erudite opponendo demonstraueras, promptum fuit Collegium nostrum, vt tibi viam panderet ad summos vtriusque iuris honores. Ego de labore feliciter exantlato tibi animitus gratulor. Faxit Deus, vt studiis tuis magno sui commodo fruatur patria; Parens optimus, Theologus de Ecclesia euangelica meritisimus, certissimum senectutis solatium in te consequatur; Dei vero gloria, quae communiter in Postscriptis Disputationum, typis exscripta apparet, tibi semper ante oculos scripta sit, quo in hac promouenda principium & finem laboris tui colloces.



Halle, Diss.) 1702 (Sa/Stryk)

ULB Halle 3
001 540 882



Sb.





DISPYTATIO IVRIDICA INAVGVRALIS
De
I V R E
APOSTILLAE
SEV
POSTSCRIPTI,

1702 33 1/2
19

Quam
ANNVENTE DEO TER OPT. MAX.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WIL-
HELMO,
REGNI BORVSSICI, ELECTORATVS ET PROVIN-
CIARVM BRANDENB. HEREDE, & reliqua,
IN ILLVSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA
PRAESIDE
DN. IO. SAMVELE STRYKIO, D.
Prof. Publ. & Facult. Iurid. h. t. Decano,
Patrono suo ac Promotore summopere obseruando,
PRO LICENTIA
Summos in vtroque Iure Honores legitime
consequendi,
Ad d. Maji MDCCII. Horis ante & pomeridianis
IN AUDITORIO MAIORI
Placido Eruditorum examini submittit
D. DANIEL HAAKIVS, Nordl. Sueuus.

la, Typis CHRISTOPHORI ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

10
4